



Johan Winbom.

Carl Johan Tornberg.

Ups. 1843.

BAP FA
020

LEGADO
J. Oliver Asín

BIBLIOTECA
DE
JAMES OLIVER ASIN

JACOBI GOLII
LEXICON
ARABICO-LATINUM.

CONTEXTUM

EX

PROBATIONIBUS ORIENTIS
LEXICOGRAPHIS.

ACCEDIT

INDEX LATINVS

COPIOSISSIMUS,

QVI LEXICI LATINO-ARABICI

VICEM EXPLERE POSSIT.



LUGDUNI BATAVORUM,

Typis BONAVENTURÆ & ABRAHAMI ELSEVIRIORUM.

Prostant Amstelodami apud JOHANNEM RAVESTEYNIUM.

clō lōc lll.

JACOBI GOLII

LEXICON

ARABICO-LATINUM

CONTENTUM

EX

PROBATIONIBUS ORIENTIS

LEXICOGRAPHIS

ACCIDIT

INDEX LATINVS

COPIOSISSIMVS

OMNI LEXICI LATINO-ARABICI

VICEM EXPLERE POSSIT



LEODVNI BATAVORVM

Typis BONAVENTURAE & ABRAHAMI ELSVIRIORVM

Programma Augustiniana quod JOHANNEM RAVSTENIUM

cl. loc. lxx



A D

LECTOREM,

linguæ Arabicæ amantem ac studiosum,

P R Æ F A T I O.



AUD multo apud te, STUDIOSE LECTOR, sermone opus esse existimo, ut Arabum literas, hoc nostro sæculo in Europa coli cœptas, suis laudibus prædicem tibi ac commendem. Non enim te fugit, singulari providentia Dei, cujus beneficio illic ceteræ eruditiores linguæ, & contentæ iis disciplina, ceu in Helicone quodam, & pene unico domicilio suo, florent ac vigent, è longinquo hæc quoque ad illarum quasi chorum excitas esse Musas: ut ita totius literati Mundi concentus suis numeris impleri posset, atq; ad occultas plurimas res adeundas, quas etiam Europæis perspectas esse conveniat, communique hominum societati conducatur, nova & luculenta fax præferri. Neque vero exigui pretii, & in quam quis nervos intendat, indigna res esse videatur; qua toto Orbe nil humanum nunc antiquius existit, simulque ampliore usu patet. Namque in ipsa Heberi familia primum nata Arabica lingua, cum gente sua late diffusa, neque ullo ejus excidio deleta in proprio solo, tandem quoque extra illud ita propagata fuit, ut hodiè extremos fere Orientis & Occidentis terminos jungat; per tanta Terræ latifundia, sacri & profani, doctarumque mentium, multis jam sæculis interpret. Sed ut à vasto hujus argumenti campo te ad limen præsentis mei instituti ducam; brevi adeo tempore, quo de hisce studiis in Europa serio cogitatum fuit, persequendis iis excolendisq; tam copiosa materia ac supellex, felicibus sive consiliis sive casibus, undique illuc delata fuit, ut nunc voluminum quinque millia, omnigenæ scientiæ instrumenta, ibi enumerare non difficile fuerit. Eorum ut fructus percipi optatus posset, uno insuper adminiculo opus fuit; quo, tanquam clave, possent clausa omnibus scrinia referari, atque ea, quibuscunque frui luberet, depromi. Et quidem tempestive acribus ubique animis, ac velut prælagis futuræ copiæ, quæ nunc est, providisque, allaboratum fuit, ut hac parte illi suo, & sequenti post tempore, utcunque satis fieri posset. Namque vix ullum existit Europæ regnum, quod, cæteris literis gaudens, non etiam hæc pandendi studiosos habuerit viros, quin reliquæ omnis eruditionis coryphæos: qui, etiam ad extremum vitæ, curam ea in re & industriam collocarunt. Quorum nunc nomina & meritorum laudes referre prolixum foret: præsertim, ubi à me ignaro præteriri quempiam facile contingeret, cui præ aliis forte quam plurimum debeatur.

A D L E C T O R E M.

Sed qui præcipue impulerint me etiam ad conatus eos, quos jam exhibemus, id vero paucis testari hic postulat locus. Namque laudatissimi Erpenii primis quondam in hac literatura præceptis imbutus, hortatu excitatus, candidi pectoris benevolentia devinctus, atque suffectus illi in hac Academia successor, id mei muneris esse duxi, ut, si æquare illum doctrina non possem, augendæ saltem, quantulacunque hic mea esset, studio, ac bene merendi amore, eundem imitarer. Et cum inter consilia ejus, quibus publico & communi bono se totum destinasset, de condendo post Raphelengium Lexico non postremum esset, at cujus non aliud dare specimen mors immatura permisit, quam quod tribus foliis paulo ante eam excusum & post eam editum fuit; in partem quoque illam vocari me, cum tacito quodam instinctu, tum ipsa urgente necessitate, cognovi.

Sed quo tempore manum operi jam admovissem, in lucem prodiit amplissimus ex Italia Giggeii thesaurus, qui omnia explere posse desideria videbatur. Et quidem eo arbitror habendum esse loco, ut tum præclari viri labor, tum summi Mæcenatis, qua adjutus ille fuit, munificentia, gratis omnium animis excipi & celebrari mereantur. Attamen cum quererentur multi, minus parabilem omnibus ejus copiam esse; ipsumque præterea opus, tum mole sua, tum Arabicarum vocum ordine, sæpius quoque scriptura ac interpretatione, primis fovendis juvandisque hisce studiis minus comparatum esse, complures judicarent; flagitare minime desinentibus, & hic, & alibi, studiosis ac amicis, nec non desiderantibus identidem typographis; operam olim animo conceptam ac tentatam denuo addixi, & cum bono Deo rem ipsam aggressus fui.

Inter ipsos autem Arabes, qui linguam suam ab omni antiquitate diligenter excoluerunt, & ex probatissimis autoribus, tum lectione eorum tum auditu, pluribus monumentis traditam habent, duo præ cæteris in hoc argumento recepti passim & conspicui scriptores extant: quos, velut duo sidera, Cynosuram & Helicen, omnis fere eruditorum cohors in ipso Oriente sequi solet. Eorum alter florentissimo literis sæculo vixit, alter posteriore ac deflorescente; Gieuharis nimirum, & Firuzabadius, Camusi autor. Quorum ille fœcundum flumen, hic profundum pelagus, uterque profusæ doctrinæ opus, emisit. Quemadmodum igitur idem Giggeius interpretandum suscepisset imprimis Firuzabadium: ita ego, ut ex Oriente quoque celebrem aliquem Europæ inferrem Arabica interpretandi magistrum, alterum illum, nempe Gieuharim, delegi: ut qui maxime docto præ aliis ævo dictus esset *اسماء اللغة* *Linguae antistes*; non minus de ea meritis adhibito delectu vocû, & habita ratione usus, quam luxuriante copia Firuzabadius. Eum itaq; cum comitum consortio ut Europæo habitu indutum producerem, & moribus studiisque nostris conformatû, quoad maxime id facere possem; in primis de convenienti Ordine & Interpretatione dispiciendum intellexi. Atque ut instituti illius mei ratio, unde ejusdem usus pendet ac fructus, plenius cognosci & intelligi possit, de utraq; re seorsim mihi hic dicendum erit.

Quod quidem ad Ordinem, de quo dixi, attinet; is in toto operis contextu spectandus est duplex: unus Thematum ipsorum sive Radicum; alter Propaginis una radice prognatæ. Quod Radices attinet, ad quas in linguis, præsertim primigeniis, omnia commodissime revocantur, nobis consuetû in reliquis ordinem etiam hic secutus fui: at non magna absque molestia, cum prorsus alium fere omnes, quin peculiarem plerique, observent Lexicographi Orientis. In quo quidem ordine nostro hoc monitum volo: me Verba surda, ut vocant, quæ sc. secundam radicalem geminant, eo disposuisse loco, qui eidem secundæ tantum debetur, non considerata tertia; utpote quæ propter contractionem quam rarif-

*auctores libri Camici
ita indefinite in plur
nam. Giggeius in
qui & Gieuhar. reliqua
compulsi se fatetur*

A D L E C T O R E M.

rariſſime ſcribendo exprimat in libris, qui notis vocalibus carent: quales fere ſunt plerique omnes.

Sed in diſpeſcenda radicis cujuſque Propagine, ut nempe unaquæque vox primo quaſi radicis ſuæ intuitu deprehendi poſſet, non minus operæ, & plus difficultatis fuit. Namque hæc communis, & quaſi fatalis obtinet in Lexicographis Arabum, hoc eſt, qui Arabice ſcripſerint, omnibus, quotquot hæctenus videre mihi contigit, incuria, atque tantus ordinis neglectus, ut dum ad radices cuncta vocabula referant, quocunque ea caſu & ordine oblata ſint, eodem inter ſe diſpoſita, & ſupra modum confuſa, relinquant: ita ut de iis ſub una radice ad certam regulam collocandis pro faciliore uſu, nunquam fuiſſe ſoliciti videantur: tam negligentibus atque infelices hac parte promi, quam diligentes condi. Quæ quam moleſta & perplexa res ſit, præſertim cum omnia continuis integriſque verſibus illa ſcribere conſueverint; experiri cuique licet, dictionem aliquam inveſtigare volenti, quæ ad radicem ا ب ل, ح و ل, خ ل ف, ع ر ض, vel ق ب ل, ſimilemve aliam fœcundiorẽ, pertineat. Quæ cauſa aliis autoribus fuit, imprimis qui Arabico-Perſica, vel Arabico-Turcica ediderunt Lexica, ut deſideratæ commoditati conſultum irent, etiam cum incommodo doctrinæ: dum avulſa à radicibus ſuis vocabula quævis, juxta conſonantiũ ordinem, quidam etiam vocalium præterea habita ratione, diſponerent eo fere modo, quo Græcum Phavorini dictionarium & Etymologicum magnum, aut Conſtantini vel Criſpini Lexica, videmus conſcripta eſſe. niſi quod in hiſce quidem ſæpenumero à prima origine & etymis ſuis ſignificata deriventur: quorum apud Orientales illos Lexicographos nulla fit mentio. Sed hoc præterea ibi accidit incommodi, quod etiam ejuſdem Verbi Conjugationes, & Pluralia à Singularibus ſuis, longiſſimo ſeparentur intervallo, cæteraque, quæ natura ſua cohæreant, nimium diſtrahantur. Tum etiam illic nullæ Conſtructiones aut Phraſes addi ſolent, neque ſignificationis cujuſquam cauſa reddi: ſed ſimplicia & nuda tantum ſunt, ut ita dixerim, vocabularia; ſceletis ſimilia, carne & ſpiritu deſtitutis.

Itaque perpenſis & comparatis inter ſeſe modis omnibus, ut cum doctrina expeditus ſimul uſus & commoditas conjungi poſſet, hæc tandem methodus placuit & probata fuit, quam toto hoc Opere ſector & obſervo: ut quemadmodum ſerie naturali, i. e. alphabetica, ordinatæ ſunt Radices: ita radicis cujuſque Propagatio artis Grammaticæ ordine ſuccedat. Primo enim conſonantium radicalium & ſervilium, tum vocalium, ratio habetur: ita ut vocabula, quæ omni ſervili careant, reliquis præmittantur: deinde quæ una ſervili vel pluribus affecta ſint, juxta earundem ſervilium numerum, & quem in alphabeto ordinem habent, nec non juxta ſitum ſuum, prout collocatæ ſint poſt literam Radicis primam vel ſecundam, vel tertiam, vel, quod rarius ſit, ante primam, ſua ſerie conſequantur. ubi quidem hoc obiter notandum, in medio dictionum, quæ pluribus quam tribus literis conſtant, ſæpe و, & ſubinde م, ſerviles eſſe. Quæcunque vero voces iuſdem prorsus literis conſtant, à vocaliũ numero & ordine ſuam capiunt diſtinctionem: prout eæ vel pauciores ſunt, vel in æquali numero Phatha præcedit Keſſam, & hæc Dammam; idque ratione conſonantis primæ, ſecundæ, &c. Quæ quidem paucis indicaffe ſatis eſt: ſiquidem ex ipſo Opere tota res apertiſſime liquebit. Radicem modo unam, exem. gr. ex primis ا ب ل, vel ا ب ر, vel ا ب ل, levi intuitu percurrat Lector, ipſe ſibi in cæteris dux fuerit & præceptor optimus. Adeo ut methodum hanc ipſa rei, de qua agimus, literariæ nimirum, natura & ars ſimul dictaſſe videantur. Sed quam facilem illam & pronam aliis fore viam conſido, tam laborioſum mihi & incommodum accidit,

primum hanc insistere viam, & explanatam dare: cum inter tot Lexicographos nullus esset, cujus hic vestigia sequi liceret.

Et quidem initio conceptum hunc animo ordinem in omnibus Radicis cujusque vocibus servavi promiscue; nullo vel Nominum vel Verborum respectu: ita uti paulo ante indicata exempla demonstrant. Sed cum ad columnam 231 progressus animadverterem, eo modo laxam nimis contexi telam, quæ facile præscriptâ excederet mensurâ, densato magis subtegmine eam pertexendam duxi. Itaque cum Radice *آ*, nova ratione & hoc uti compendio incepti, ut deinceps cum primæ Conjugationis Verbo Conjugationes derivativæ omnes, quæ in radice quaque designandæ essent, uno vinculo constrictæ articulum facerent omnium primum. Spatium quoque lucrandi ergo, Verbalia Conjugationis primæ, (nam de aliis nota res est) ad ipsum sæpe adscita sunt Verbum; & non raro Pluralia suis Singularibus subjecta: nempe ubi voces illas, alieno quamvis loco positas, minus proluxa radice suæ explicatio sub uno exhibere ad spectu posset. quo casu neq; in aliis solemnem illum teneri ordinem necesse fuit. Si & alibi forte, ubi id fieri minus debuerit, factum esse deprehendas, ut innoxio errato ignosces. At si subinde plures unius radice voces, quæ rem eandem significant, una contineri linea videas, in quibus ante dicta consonantium vocaliumque ratio nostra non observetur; scito me ibi priorem dare locum iis voluisse, quæ notiores ac usu magis receptæ essent.

Sed hæc de Ordine plus satis: spectanda potius ipsa Commentatio fuerit, quæ exoticam prorsus linguam, & cum ea inusitatas nobis res, explicare oporteat. Significata quæque expressa sunt, vel propriis vocibus, vel descriptione aliqua & circumlocutione; uti primo conatu, & velut in transitu, facere quivimus, Arabes plerunque imitati magistros, eorumque interpretes Orientales quoque. Si dubia vel obscura essent Gjeuharis verba, ad Firuzabadium recurri, Zjamachsjarim, aliosve, qui Arabice scripsissent. Si nec illi rem in aperto ponerent, aut definitam darent, proximum fuit ad interpretes Persicos Turcicosve me conferre: quod hi sæpenumero, & quidem plurimum consensu, vernaculis privisque vocabulis res, intento quasi digito, ita designent, ut nullus supersit dubitationi locus. Sed non raro & hisce Interpretibus hæerere videtur aqua: & ubi se minus expedire possunt, ita arcte Arabibus adhærent, ut ne latum quidem unguem ab iis recedere sustineant. Certe dedita ibi opera, omnium sæpe eorum, quos habebam, exemplum secutus, rudiore quodam & indefinito modo, interpretem egi, *مدا* verbum verbo efferens, donec alicunde lux clarior ac minime dubia affulgeret.

Quod autem ad Varia ejusdem vocis significata spectat, sive Primitiva sint & simplicia, sive per Tropum ab aliis deducta; ea quidem, quorumcunque manifestum quod esse discrimen videretur, vel adscriptis diversi characteris vocalibus, *ع*, *ا*, vel præfixis numerorum notis, distinximus: eo plerunque ordine, (quoties id per otium facere licebat,) ut eorundem nexus, & à primo velut ortu propaginis sequela, lectori nequeant obscura esse. Ejus autem rei per omnia rationem reddere, id utique fuisset nimis extra orbitam evagari. Illic hoc quoque consideres velim; appositis passim exemplis breviter & clare explanari rem & illustrari: tum ut cujusque Energia & Usus, tum, ubi opus sit, Constructionis quoque modus, & tota Phrasis ostendatur. in quibus rebus fere cujusque linguæ proprietates, vis, ac notio, & quasi genius, consistit.

Hæc quidem ita, prout apud Autores, quos consului & allegavi, tradita sunt & exposita, interpretando reddere studui & sigillatim referre. Sed fere ubique

eas tantum scripto expressi Arabicas voces, quæ in proprio radicum suarum loco explicandæ essent: adscititias vero, quæ cum illis efficiant Structuram, eas Latine tantum redditas, Italica, sive currente, uti appellant, litera descripsi; ut à cæteris significatis, Romano sive rotundo caractere designatis, quæ Arabicæ voci typis expressæ propria sint, certo discernentur. Etenim alter ille, Italicus character, per omnia exegesi & arti inservit; indicatque, uti dixi, vel Constructionem; vel Diversitatem significationum; vel Subintelligendum aliquid; vel Plenioram subinde ac necessariam significati alicujus declarationem: vel denique eodem caractere exaratur Nomen scriptoris aut libri, cujus auctoritate interpretatio nitatur. Cæterum plurima eorum, quæ dicta sunt, non semper integris exprimuntur verbis; sed plerunque suis notantur compendiis & abbreviaturis, ut vocant: quarum dispositam ordine suo explicationem gemina mox tabella subjungam.

Arabica autem omnia, quæ innuuntur, Arabicis literis adscribere, metus vetuit & periculum, ne justæ mensuræ limites excederet volumen. Sic & spatii dispensandi gratia, sæpe in unica linea, ubi commode id fieri potest, duæ significatione differentes collocantur voces. E contrario tamen, sæpe pluribus expono & circumscribo significationem unam: quin & Arabicum sæpe Synonymum addo, vel Oppositum: quia id ad institutionem, qua me defungi oportuit, & ad clariorem atque expetitam doctrinam, præstare videbatur.

Ubicunque autem Voces aliquæ, Phrases, vel Dicta, Arabice exhibenda fuere extra lineam, in qua notæ vocalium proxime essent adscriptæ; siquidem illa etiam vocales aliquo modo exigere viderentur, non quidem earum expressione sunt insignita; sed Latinis literis, iisque currentibus, ipsa elatio denotata fuit. Quod ita factum est, cum ad diminuendam Typothetæ operam & laborem, tum ut operis Typographici, ex paribus linearum intervallis, major foret æqualitas, pulchriorque symmetria: utque & hoc compendio plus spatii accresceret ad uberiores commentationem. Nam quanquam intra Gieuharæi Lexici cancellos continere me voluissem, qui in principio & in medio sæpe mihi scopus fuit; nihilominus, si omnia Arabice quoque exprimenda fuissent, verendum mihi videbatur, ut uno volumine illud ipsum complecti possem.

Sed cum præterea necesse haberem, ad alios sæpe divertere Autores, sive de suspectis dubiisque consulendi causa, sive lucem mutuandi iis, quæ obscura essent; equidem non potui abstinere manum, ubi omnium libera potestas esset, ut non simul multa, ad locupletandum Autorem nostrum, vel illustrandum, transferrem: non magis, ac sibi quis temperet, qui musæum horreumve instruere cupiens omni rerum genere ac varietate, ea, quæ sibi deesse videat, ex oblatis ultro aliorum penuariis consequi possit. Quis adeo satur sit, aut fastidiosus, ut ex uno in alium atque alium delatus hortum, ubi florum fructuumque nova facies arrideat, non carpere quid aut auferre gestiat? Sæpe quidem abstinui, fateor, & unico Gieuhari contentus, alios intactos reliqui: sæpius vero, ut otium & animus ferebat, etiam avidius obvia congeffi; & totum quasi ea parte القاموس, i.e. *Oceanum*, exhausti. Imo sicuti initio Operis propositum mihi fuit, ab ا ad ابي plenioris specimen Thesauri dare, etiam Barbaris & Propriis nominibus interfertis; quod cum Erpeniano, cujus ante memini, comparari posset: ita in Operis fine adductus fui, cum cernerem nondum illud ad extremos præfinitæ mensuræ terminos excrevisse, ut laciniam attexerem, quæ omnes reliquas, non allatas ante, contineret Radices. Ita ut nulla, quod sciam, ne quidem in Camuso, superfit, quam non sive in ipso Opere, sive in Appendice ejus, invenire liceat

atque expositam videre. Nisi forte paucissimæ sint, de quarum vera lectione ob codicum discrepantiam res esse desperata videbatur. In ipso autem Opere talia subinde ita dubie expressa in medio relinquere satius putavi, mihi aliisve suo tempore dissolvenda; quam incerto illa atque vacillante iudicio temere definire.

Neque vero hic duntaxat radices seu themata, & propagata iis vocabula, extant; sed, quæ ad radices revocari commode nequeant, Barbara quoque, ut illi vocant; à Græcis, Persis, Indis, aliisve populis, fere cum novis rebus accepta, & Arabico more flexa vel detorta: ea vero in primis, quæ usu recepta apud scriptores Arabes non raro occurrunt. quibus, uti & aliis peregrinis vocibus, quæ radicum ordini adscriptæ sunt, suam cuique, quoad potui, originem subjeci. Sic quoque hisce affinia alia non pauca, scilicet Propria locorum, hominum, ac similia nomina, fere cæteris mere Arabicis inserta habes; præfertim quæ usu maxime frequentia sint apud primarios autores. At ejusmodi generis utriusque voces, & Barbaras, & Proprias, consecrari omnes pari cura, quam me colligendis radicibus impendisse dixi; id utique fuisset alterum conficere volumen, & extra oleas ferri: ubi non alia mihi meta erat, quam interpretem præstare me Arabici sermonis, ejusve tradere intelligendi instrumentum.

Hac tamen in re videbor forte nonnullis peccare, operosa non tantum, sed etiam supervacua curiositate: quod hic generatim quidem nimia copia & voces & significata redundant; tum speciatim vero tam multa infarta sint, quæ *camelo, palma, dactylis*, similibusve rebus, attribuantur; de quibus haud multa, aut perrara, solet mentio fieri. Hisce quidem ita responsum velim: cum minime superfluum sit in linguarum studiis, ubertatem earundem & proprietates cognosse; tum ejusmodi res, negatas Europæ atque inusitatas, illi genti notissimas esse & indigenas, ab ipso linguæ suæ ortu familiares, scriptisque passim celebratas; & de quibus plurima memorantur cognitu minime indigna. Tum etiam quæ de *illo jumento, arbore, fructu*, vel de aliis vernaculis rebus Arabice dicuntur, eadem plerunque etiam de cæteris, quæ ubique magis obvia, in suo quæque genere, usurpari. Quin vocabula multa ejusmodi rebus primitus fuisse imposita videntur; quæ ad alias deinde, etiam toto genere diversas, significationes, præ similitudine, aliamve ob causam, translata fuerint. Unde dubiæ complures & obscuræ origines in hac lingua, reliquisque cognatis, commode sæpenumero illustrari possint.

E contrario autem de penuria quadam & defectu alii conquerentur: qui plurimas è radicibus suis natas soboles hic desiderent; ex eo præcipue numero, quo Gieuharim excedit Camusi autor. Quibus jam ante respondi, nec propositum mihi fuisse omnes ex æquo pervadere maris illius immensi partes, nec totum præscripto mihi littore includi potuisse. Et profecto, ut dicam, quod res est, si quam congeessimus, non nimia sit penus, pro tenera horum studiorum ætate; saltem uberiolem copiam hæc ipsa non magnopere deposcat.

Ideoque si cui libeat duo illa inter se extrema conferre, atque pensata hinc inde sententia arbitrari: ei quidem, uti confido, videbimur medium tenuisse; nec propter auctaria, supra promissam Gieuharis mensuram adjecta, minus meruisse gratiæ, quam ab eodem autore solo & seorsim sperari potuisset. Hoc vero mihi summum fuerit, & pretium laboris, si tam propenso in ipsas literas affectu hæc nostra accipi contingat, quanto cum promovendi illas studio à me suscepta sunt, & communis boni amore ingenuis omnibus ac bonis offeruntur,

A D L E C T O R E M.

Faxit Deus ter Opt. Max. ut quam linguam tot gentibus extra Christianum orbem, & quasi omnibus literatis, communem esse voluit, ea utrinque interpres & spiritualis commercii instrumentum fiat. qua eadem gentes orbi Christiano impertiant quicquid bonæ mentis & virtutis habent; hic vero illis salutiferam Evangelii lucem ac vim refundat, ut tandem solus dominetur & universis imperet, qui lux mundi & dominus omnium est, Jesus Christus.

Cæterum de opera mea ac labore æquanimiter sentias rogo, benigne Lector, quanquam lente is processisse videatur, multas per causas, tum privatas, tum publicas, sæpe interruptus; ceu tumultuario tamen modo quodam plerunque deproperatum fuisse. Namque uno fere tempore, quodcunque ab aliis muniis mihi vacuum suppetebat, conferendi erant & corrigendi Arabici autores, qui hic præsertim mendose leguntur & veneunt; excerpenda atque interpretanda quæ convenire judicarem; omniaque juxta novi ordinis normam dispeſcenda; & typographicis simul operis mea emendatione subveniendum. Quamobrem nec otium fuit excutere adversaria, tum hic, tum in Asia & Africa, ex lectione & usu collecta; quæ alias plurimum quoque conferre potuissent. Neque vero tam operoso concinnando Operi, & propter componendi ordinis molestiam tædioso, alia facile posthabuissem studia amœniora, nisi jacta, ut ajunt, alea, & inscripta mihi semel necessitatis ac velut certaminis lege, ita comparassem me, ut exire stadio aut pedem referre penes me integrum non esset.

Sed quando in eo versarer, plurima apud autores, qui perlustrandi essent, in transitu offendi, quæ ad Arabicæ literaturæ perfectionem & cultum non minus facere viderentur, quam illa, quibus tunc dedidissim me atque exponendis operam darem. Talia erant tum descriptiones rerum, quæ, ignotæ nobis & exoticæ, Naturam spectarent vel Artem; tum Adagia & Formulæ; tum quæ Geographiæ & Historiæ propria essent. Quæ cum Lexico hoc comprehendere non possent, ea seorsim annotare, & quæ apud interpretes Persas notatu digna se offerrent, in Lexicon Persicum referre, non minus utile & necessarium putabam, quam mihi jucundum laboris reliqui ac tædii solamen erat.

Quibus causis simul omnibus factum fuit, ut non potuerim eidem Operi, quam quidem vellem, adhibere limam; licet hujus generis scripta eam non tantopere requirant: sed nec tantum curæ & diligentia conferre, ut non nævi aliqui & mendæ inspersæ supersint. Hisce tamen, ne qua parte illa fraudi sint, in fine operis prospicere decrevi: & quicquid hic commissum aut omissum est, secutura mox, si Deus volet, prompta & magis accurata Lexici quoque Persici, quod absolutum recognitumque est, editione pensare. Atque ad alia profectura, & quantum dabit Deus, perficienda, quæ inchoata habeo, animum adjeceris, si hæc, quæ nunc prodeunt, boni consulueris: quod, uti te oro, benevole Lector, ita ut cum multo tuo commodo iisdem fruaris, exopto. Daturus etiam sum, annuente eodem numine, breve & commodum Lexici compendium, primis quoque tironum studiis aptatum: ut qui videar mihi rationem ejus optimam ex ipso didicisse longiore hujus Operis labore.

Sed quoniam & toto hoc eodem opere brevitatis ergo adhibitæ sunt notæ & compendia quarundam vocum, quorum alia interpretationem respiciunt, alia vero passim allegatos autores; ea quidem omnia, quæ non sint vulgati usus, in antecessum hic plenius exponi quam maxime opus fuerit. Idem quoque postulare forte videantur pauca vocabula, quæ licet raro admodum incidant, importuna tamen esse queant, aut injicere legenti moram. itaque & de illis, medio inter easdem generis utriusque abbreviaturas loco, quod scire tua referat, monebo.

Numeri Romani I, II, &c. notant ordinem & formam Conjugationum: de quibus Grammatica agit. Sed quoniam non uno modo res illa tradi solet, quem quidem ego sequar, ex sequenti eorundem serie constabit. Et quidem

Trilateræ Conjugationes ita habent:

- I. فَعَلَ , فَعِلَ , فَعَلَّ . II. فَعَّلَ . III. فَاعَلَ . IV. أَفْعَلَ . V. تَفَعَّلَ . VI. تَفَاعَلَ .
VII. اِنْفَعَلَ . VIII. اِفْعَلَ . IX. اِفْعَلَّ . X. اِسْتَفْعَلَ . XI. اِفْعَالًا . XII. اِفْعَوْلًا .
XIII. اِفْعَوْلًا .

Q. Quadrilateras Conjugationes notat: suntque

- I. فَعَلَّلَ . II. تَفَعَّلَلَّ . III. اِفْعَلَّلَّ . IV. اِفْعَلَّلَّ .

Nota autem Arithmetica, quas Indis acceptas ferunt Arabes, & in Europam primi intulerunt, scilicet 1, 2, 3, &c. numeros & ordines significationum designant, in quavis orationis parte.

A B B R E V I A T U R Æ,

quæ ad Interpretationem spectant juxta ordinem Alphabeticum, hæc sunt:

Adag. Adagium.	Part. & Partic. Participium.
Act. Actionis nomen, seu nomen Verbale; quod & Arabibus pro Infinitivo est.	Pass. Passivum.
Ag. Agens, seu Participium Activum.	pec. & pecul. peculiariter.
alt. alterius.	Perf. Perficè.
cc. construitur cum.	Pl. & Plur. Plurale
cca. construitur cum Accusativo.	Plur. pauc. Plurale paucitatis; quod rarioris est usus.
ccg. construitur cum Genitivo.	Pl. mult. Plurale multitudinis; quod frequentius usurpatur.
ccga. construitur cum gemino Accusativo.	Pl. p. vel P. plur. Plurale Pluralis, nempe ab alio formatum Plurali.
cap. cum Accusativo personæ.	Plur. san. Plurale sanum, cujus Masculinum de- finit in وون; vel Fæmin. in ات.
car. cum Accusativo rei.	Poss. Possessivum.
ccar & ب p. construitur cum accusativo rei & ب personæ. ubi persona sæpe rem alteram notat: ut خلط شيبا بشي.	prox. seq. proxime sequens.
Coll. Collectivum.	sign. significatione.
Comp. Comparativum.	serv. servilis litera.
Denom. Denominativum.	Sing. Singulare.
Deriv. Derivativum.	Superl. Superlativum.
Dim. Diminutivum.	Transf. Transitive, Transitive: cum Verbum actionem notat ex absoluta transeuntem sim- pliciter, vel quæ transeat in secundum.
Dipt. Diptoton: scil. terminatione.	Vuit. Vuitatis nomen, unum ex Collectivo si- gnificans.
ex. al. exemplari aliud vel alterum.	
Fut. $\left\{ \begin{array}{l} I, \\ O, \\ A, \end{array} \right\}$ Futurum habens $\left\{ \begin{array}{l} Kesra, \\ Damma, \\ Phata, seu potius Phatha, \end{array} \right\}$ in media radicali vocalem	
Gent. gentile nomen.	
Gl. Glossa.	
Hamz. Hamza, vel Hamzatum.	
Impersf. Impersonaliter.	
Intransf. Intransitivum, Intransitive.	
med. $\left\{ \begin{array}{l} Damm. \\ Kesr. \\ Phat. \end{array} \right\}$ media Radicali $\left\{ \begin{array}{l} Damma, \\ Kesra, \\ Phatha, \end{array} \right\}$ in Præterito ha- bente vocalem	
Met. & Metaph. Metaphoricè.	

In Appendice,

* Nota est sequentis emendationis.

Vocula hæc: item, &, etiam, seu, aut, similesve,
& in Verbis numeri Romani, indicant alias
ibidem addi significationes.

De pauculis inusitatis vocibus, in quas forte incidas, ita habe: per Ripham, à ريف semiarabicum nomen, denotari fibrillas seu fibrosam flexibilemque materiam, ex qua palma truncus constat. Et quia vox eadem per apharesin cum χαμᾶρπι Φης, sc. Φοίνιξ, convenit; subinde per eam quoque indigitata fuit palma pumila & silvestris: quæ proprio nomine وون vocatur, utrumque autem usum suis locis quam facillime discernes. Quæ Catha seu Katha avis sit, in قط cognosces: quid Pilentum camelinum, in وون explicatur.

Abbe-

Abbreviaturæ indices librorum, qui in Lexico autoritatis
firmandæ causa allegantur, ita intelligendæ sunt:

M. SS.

* *Gi.* Gieuharis: صحاح اللغة لاسماعيل بن حمدان الجوهري In Mesopotamia & Syria autor vixit, deinde in Chorasân; ubi opus hoc suum edidit, circa annum Hizjra 390. De eo doctissimum Pocockium vide in præclaro specimine Historiæ Arabum, nuper edito Oxoniæ; scilicet pag. 364.

* *Ca.* Camus seu Camufus: Plurimos in Arabia annos exegit autor, studiorum imprimis causa. Vbi inter alia opus hoc, Oceani nomine inscriptum, Mecca absolvit: & Zebidi, quod oppidum est non procul inde distans, obiit diem anno Hizjra 817, pene nonagenarius. De eo etiam idem Pocockius agit pag. 361. Ad exemplar, quod nobis hic fuit, alterum quoque conferendi ergo addidit inclyti summique viri, Iohannis Seldeni, benevolentia, qua aliorum studia non minus promovet, quam suis Remp. literariam exornat.

* *Mar.* Maruphides seu Ibn Maruph: كنى اللغة قاليب محمد بن عبد الخالق بن معروف Lexicon Arabico-Persicum, satis amplum & probum: quod per Infinitivos & Nomina autor disposuit juxta primæ & tertie literæ ordinem: media non videtur certa ratio haberi. Is autem patria Medus, & quidem Gilaneus sive Gelus, fuit: ex nepotibus Nomani Ibn Mundir, Arabum regis; prout nota margini adscripta habent. Ejus regis meminit Pocockius pag. 73. & 137. Geminus obtigit usui meo codex: unus quidem beneficio amplissimi dignitate ac laude viri, Davidis de Willem, alter vero eximii Medici Iohannis Verlanii amica concessione.

* *Cor.* Alcoranus: القرآن, quem propediem edere hic decreverunt Typographi nostri.

* *Meid.* Meidanus seu Meidanensis: Onomasticon Arabico-Persicum; scilicet Nomina Arabica continens, non etiam Verba, Persicè explicata. Cujus copiam mihi fecit literarum, etiam Orientalium, laude excellens vir, Adrianus Junius, Gymnasiarcha Amstelodamensis. Autorem hunc esse eundem, puto cum eo, quem describit Clarissimus Pocockius pag. 369.

* *Mirc.* vel *Merc.* Mircât: مرقات اللغة Lexicon Arabico-Turcicum, phrasibus illustratum, & satis exactum.

* *Merc. Maj.* Mercât Majus: idem nomine cum precedente. Sed quia paulo majus est mole, ita alterum ab altero distinxi: scilicet Dictionarium Arabico-Turcicum, in quo ultra 31000 voces explicantur.

* *Muzj.* Muzjmel: مجمل اللغة لاحمد بن فارس بن زكريا الرازي Eodem tempore autor cum Gieuhari vixit: at suum hoc Lexicon recepto apud nos Radicum ordine conscripsit. Quod uti Gieuhar eo minus est, ita quoque ante illud fuisse editum puto.

* *Za.* vel *Zam.* Zamachsjaris: اساس اللغة لاحمد بن عمر الزمخشري Lexicon eodem ordine compositum, scitis refertum dictis. Autor plurimis operibus clarus est: de quo Pocockius pag. 369.

* *Beith.* Beitharides seu Ibn Beithar: كتاب ابن البيطار في مفردات الطب De simplicibus medicamentis liber; autore Medico Malacensi, qui post multas peregrinationes Damasci obiit anno Hizjra 646.

* *Demir.* Demirius: De historia animalium حيات الحيوانات لاحمد بن موسى الدميري liber: mortuus est autor anno Hizjra 808. de eo Pocockius tractat pag. 377.

* *Iac.* Iacutus: جمع البلدان لباقوت الحموي Iacuti Hamatei Thesaurus Geographicus.

Nomina ceterorum, quos rarius cito, ut quærenti magis
obvia sint, ordine Alphabetico subnectam.

Ex M. SS.

* *Abulf.* Abulfeda: Geographia Abulfeda. * *Afr.* Africani Arabes: ex quorum ore me didicisse quid memini. Anon. Anonymi Lexicographi Arabis pars. *Afa.* Asâmi: كتاب الاسامي في الاسامي Onomasticon Arabico-Persicum. *Asi.* vel *Asi.* Asiatici Arabes: è quibus quid auditu accepi. *Bahr.* Bahrein: جمع البحرين Liber Theologicus & Philosophicus. * *Beid.* Beidâvis: تفسير البضاوي Commentarius in Alcoranum.

* *Carv.* Carvinius: كتاب عجائب القرويني Historia naturalis. * *Chal.* Ibn Chalicân: تاريخ ابن خلكان Christianorum Arabica scripta. * *Cotr.* Cotrob: كتاب المثلى لقطرب بن احمد البصري Syllabus trilateralum vocum, que pro triplici vocali primæ Radicalis tres habent distinctas significaciones. * *Def.* Definitiones, scil. Theologica & Philosophica: كتاب تعريفات anonymo autore. * *Dest.* Destour: Glossarium Arabico-Persicum. *Ect.* Ectari: لغت

Alfira zabadicos
of. 40. 41. 42. p. 377.

Lexicon Arabico-Turcicum. Gaz. Gazâlis : الغزالي , de quo Pocock. pag. 371. Haf. Hafiz : ديوان حافظ Poëmata Hafiz, poëta Persici. Hal. Halimi : بهان لغات الحلبي Lexicon Persicum Turcicè explicatum. Her. Hezâr : هزار لغات Glossarium Arabico-Persicum. * If. Ifa, Ifa Ibn Alis : المتطيرين Lexicon Syro-Arabicum Ifa Ibn Alis. Litt. Litteræ Arabicorum Regum Africa imperantium. Kesj. Kefsîâf : الكشاف للنزخشي Commentarius Coranicus; de quo Pocockium vide sis pag. 369. * Log. Logat : لغت نعمت الله Lexicon Persico-Turcicum uberrimum. * Mal. Malajesa : ما لا يشع الطبيب جهله De materia Medica, sive simplicibus liber. Muk. Mukâddema : مقدمة الادب Glossarium Arabico-Persico-Turcicum: quod è Persia allatum fuit à præstantissimo viro, Adamo Oleario, & communicatum mihi amicissime. * Mes. pro quo pag. hujus Lexici 862. lin. 7. Nes. excusum, Mesudis : مروج الذهب للمسعودي * Mut. Mutenabbis : ديوان المتنبى Opus poëta, Arabum poëtarum facile principis. * Ned. Ibn Nedîm : فهرست ابن النديم Elenchus scriptorum Arabum. * Nuv. Nuveirius : كتاب فنون الادب للنوويري Literatura Arabica bibliotheca. * Ol. Olimius : Chronicon Terræ sanctæ. Phil. Philosophorum Arabum scripta. * Reg. Jur. Regula Juris : صدر الشريعة. Shol. Mut. Sholia in Mutenabbim, de quo supra. * Seb. Sebekius : طبقات العلماء للسبكي De vitis Sapientum. Term. Termini Theologici & Philosophici : idem liber cum eo, qui supra per Def. designatur. Zein. Zeino 'latthâr : مفتاح الخزائن لكاجي Synonyma Arabica & Persica Medicamentorum.

Et ex impressis.

Alf. Alfergani Astronomicum. Ceb. Ceбетis tabula. Eucl. Euclides Arab. Romæ editus. Geogr. Nub. Geographus Nubiensis. Gigg. Giggæi Thesaurus Arab. lingua. Hist. Sar. Historia Sarcenica. Locm. Locmanî fabula. Prov. Proverbia Scaligeri. Tim. Timuri Historia.

Reliquorum nomina per se satis manifesta sunt. Psalmi autem cum citantur, intelligitur editio Saveriana, Romæ facta: cum ex Pentateucho quid vel novo Testamento adducitur, editio Erpeniana. Ex iis autem tum fere allegatur quid, si quando hoc peculiari illic usurpetur significatione.

Qui asterisco * libri sunt insigniti, in Academia hujus bibliotheca exstant, simul cum aliis circiter 250 Arabicis M. SS. ex Asia & Africa fere omnes liberalitate publica comparati, ad promovendam horum studiorum culturam atque communem utilitatem. Quæ quidem ita enarrata sunt particulatim omnia, tum ut beneficentia, publicæ privatæque, sua pro merito tribueretur gratia; tum ut tibi, Lector studiose, facilius liceret hæc nostra cum suis, unde petita sint, fontibus conferre; & tua quoque ope perficere in melius & locupletare.

Pro coronide hic sint, & sequenti auspicata operi, ipsa verba, quibus præstans ille Camusi autor suam conclusit Præfationem: at de quibus minus arrogo mihi priorem voti partem, ut qui eo pretio mea hæc metiri nolim, benevolentia tua & venia contentus: tantoque magis partem alteram & posteriorem convenire mihi existimo, & quo ille majore præverit modestia qui hic eruditione me longissime prævertit:

وَاللّٰهُ اَسْأَلُ اَنْ يُّبَيِّنِي بِهٖ جَبِيْلَ الذِّكْرِ فِي الدُّنْيَا وَجَنِّيْلَ الْاٰخِرَةِ فِي الْاٰخِرَةِ
صَارِعًا اِلَيَّ مَنْ يَنْظُرُ مِنْ عَالِمٍ فِي عَمَلِي اَنْ يَسْتَرْعِيَّ اَمْرِي وَتَرْكِي وَيَسَدَّ بِسَدَائِهِ
فَضْلِي خَلِي وَيُصْلِحَ مَا طَعِي بِهٖ الْقَلَمُ وَزَاعَ عَنْهُ الْبَصَرُ وَقَصَرَ عَنْهُ الْفَهْمُ وَغَفَلَ عَنْهُ
الْخَاطِرُ قَالِ النَّسَارُ مَحَلُّ التَّسْيَانِ وَاِنَّ اَوَّلَ نَاسٍ اَوَّلِ النَّاسِ هٗ

hoc est, ut imperitiores mea interpretatione juvem,

Deum vero precor, ut pro laboris præmio mihi tribuat honesti nominis bonum in hac vita, & uberem mercedis gratiam in altera; obnixè rogans, ut quicumque opus meum doctior inspexerit, tegat ubi cæspitaverim lapsus meos, & obstruente expleat favore suo hiantes rimas; utque emendet quod depravatam sit calami ductu, quod hallucinatus sit visus, nec assequi valuerit intellectus, & quod per incuriam animus neglexerit. Utrique * homo * oblivioni est obnoxius: siquidem primus, qui * oblitus sit, * hominum primus fuit.

* alludit ad utriusque nominis in Arabica lingua convenientiam.

JACO-



JACOBI GOLII

LEXICON ARABICO-LATINUM.

11

اب 11



Alif extra dictiones, & plerunque accentum habens circumflexum, similemve superne virgulam, Arithmetica nota est Unitatis, pro ordine literarum Alphabeti.

ا Particula inseparabilis: 1, Vocativa propinqui, *O.ccn, vel ca:* & simili *ا* addita, cum vocatur remotior, *ا* *Ajâ, O, heus.* 2, Interrogativa, *An? num?* & cum *VVau* pleonastico, *او* *Ava, Anne?* 3, Disjunctiva, Sive, num: scilicet cum sequitur alterum membrum; cui loco *ا* praefigitur *ام:* uti in *Cor.* *ام* *أءذذرههم* *ام* *لم* *تذذرههم* Sive commoneas eos, sive non. Ita & in gemina interrogatione seu disjunctioe interrogativa fit: ut *ارزدن عند كي ام عمرو* Num Zeidus apud te est, an vero Amrus? *Gi.* juxta sign. 2 & 3. convenit cum *η* Gracorum. 4, i. q. *ا* *Ab,* seu pro eo, plangentis Particula, sive Interjectio, *Heu, ah. Ca.*

آ, imprimis producto spiritu elatum, Particula vocantis eminus & vociferantis. *O. Heus.* item deridentis & despicientis, *Hui. Vah.* Vnde fit Nomen *آية* *Aton,* Diminutivum *آية* *Ojaijaton,* Ironia. vituperium. *Gi.*

أ Coll. & **أءة** Vnit. Nom. arboris & fructus. juxta quosdam, quo coria concinnantur. *Gi. Ca.* juxta alios, sub qua saepe versari dicuntur genii demonesve. *Afa.* Sed pertinet ad *اوا.* vide *ا* in *الو.*

آب, quibusdam etiam **آب**. *Chald.* *آب*, Nom. mensis Syrochaldæi: quo mensem Augustum Arabes notant. de eo plura in *اب* vide.

أح pro **أياح**, Albumen ovi. & **أح**, Particula seu Interjectionis formâ, Sonus tussientis. Item *Apage. Vah. Ca.* qui ad **أح** refert.

اوهر in *اود* vide: uti *ا* in *اود*.

أ *أتر غيبس*, Vox Barbarica, Cortex radicis oxyacanthæ sive berberis. *Ibn Beith. vide* *امر* *امپر* *بارس* *اثرار*.

آس, *Chald.* *آس*, Myrtus. *Coll. Item Reliquiæ & vestigia rei: nempe, cinerum in foco; mellis in alveari; habitaculi in loco, ubi situm fuerat. Gi. Ca. item Sepulchrum: quippe ubi reliquiæ hominum. nec non i. q. صاحب*, Socius. dominus. *Ca. Sed illa potius ab* *اوس* sunt.

أض pro **أبيض** est: ideoque ibi quere.

أطريلال *Gingidii species. nomen Barbaricum est; scil. quod Afrorum linguâ pedem avis notare tradit Ibn Beith. unde Arabibus رجل الغراب* Pes corvi dicitur. *Africanâ autem linguâ Adâr pes est, Ilâl volucris.*

آفة *Pernicies, noxa, calamitas. Sed hac à Radice* *اوف*, *ايف* sunt.

آل Collect. sine Vnit. i. q. **أهل**, seu pro eo. Populus. Familia, cognati & propinqui. sed hoc ad **اول** spectat.

آلوسن & **آلوسن**, *Gracum est, Αλυσον, Diosc. lib. III. cap. 105. Ibn Beith.*

آمة, de eo in **اوم** vide sis.

آة Dixit **آة** seu **آة**; quæ est Particula gementis, *Ah. Heu. Gi. Vide* *اوه*.

I. **آب**, *Fut. O & I. Paravit se, accinxit & applicuit se corpore vel animo. c c ل, item* *اب* *للسير* *او* *لبنههه* *r: ut* *الي* *ر* cap & *ر*.

A Ac-

Accinxit se ad iter vel ut abiret. *Gi. Za.* *اب يد الى السيف*, Expedivit manum, extendit, admovit gladio ad stringendum. 2, *اب الى الوطن*, Tetendit in patriam: *sc. desiderio, vel ipso itinere. Gi. Hinc i. q. قصد*: *ut اب اده, id est, قصد*. Contendit ad id quod voluit; rem suam egit, suam instituit viam: *vel* contendit ad eum, illum versus. *Intransitive*, *استقامت طريقته*, Recta seu bene instituta fuit agendi ratio ejus aut vitæ regula. 3, Paratus destinatum certumque intentavit impetum, eove aggressus fuit. *Ca. pro quo etiam ابو usurpatur. Atque hinc universalius sumitur, Movit, commovit rem. cca. Ca.*

أب Act. ت. أب ت. ipsum Propositum. *Ca. item* Gramen, seu pabulum quodcunque virens. *Muzj. Gi. Opponitur in Cor. فاكهة* fructus. *Illud quippe pecori idem, quod hic est homini. Consonat cum Ebr. אב, Ch. אב.* *imò* Quicquid viroris terra producit. *Ca. Ibn Maruf interpretatur Pascuum, pratum. item* Nomen oppidi in Jemen, *i. e. Arabia felice. Ca.*

أب Nomen pagi Arabiæ felicis. *Ca.*

I. *أب* Clamavit, vociferatus fuit: *ut qui adoritur hostem. Ca. à Ca clamor, Hesych.*

أب Act. ت. أب ت. dicitur: هو في أبايه Paratus & in procinctu stat. *Gi. item* Aqua. Potus. *Ca. fortè à Persico اب آب, aqua. & hinc quoque videtur esse*

أب, Fluxus ingens. Fluvis, unda. *Ca.*

أب Nomen pagi gemini Bactrianæ; quorum alter superior, alter inferior dicitur. *Ca.*

أب Nom. oppidi Africæ propriè dictæ. *Ca.*

أب Nomen viri; nempe ducis cujusdam Nabathæi, fil. Samigân. *Ca. & Nomen fluvii prope Cufam; & alterius in Babylonæ regione Wafith. item* Nomen putei cujusdam Medinensis: *quod pro Fatha & etiam Damma habet. Ca. Refertur & ad ابي.*

أب Tempus idoneum, *αἰγιός. Zam. Vnde proverbium:*

أب Locus herbosus. pratum. *Mir. Maj.*

أب, *أطلب الأَمْرَ في إبانِه*, Quære vel pete rem suo tempore & loco. *Zam.*

أب Act. ت. أب ت. sign. 1 & 2. & Institutum, agendi aut vivendi ratio, & regula. Ca.

أب Plur. forma XII, à Sing. أب, Gramina, virentia pabula. Prata. Ca.

V. *أب i. q. تَبَسَّح*, Irrausit; raucedine correptus fuit, eaque laboravit. *Ca. velut ex clamore. Vide conj. II. item pro تَعَجَّب*, Admiratione rei affectus fuit. *cca. Ca.*

أب Coll. أباة Vn. Arundo. Gi. Ca. Arundinetum. Papyretum. Ca. Extremitas seu spica arundinis. Mu. Huc quidè referunt Sibvavus & Camus: at ultimam Radicis literam Ie constituunt Giéhbaris & Abu Beker. Ideoq; & ibi vide. Haud multum distat ab Hebr. אב.

I. *أب Fut. O; & أب Fut. A, Calore æstuvavit dies. Gi. & in genere, Ferbuit. Mar. & Intumuit ex potu. cca. Ca. sed vide اب.*

أب Act. ت. أب ت. Ca. item Fervens, æstuosus dies. *Gi.*

أب Fam. & أب Ag. ت. أب, Æstuosus, fervens dies; *vel talis nox. Ca.*

أب Pater mi. pertinet ad ابو: quod vide.

أب Act. ت. أب ت. Ca.

أب Vehementia & ardor iræ. *Ca.*

V. *أب i. q. أَحْتَمَد*, Exarsit, excanduit pruna. *Ca.*

أب i. q. مَحْمَرٌ وَر, Fervens & æstuans: *peccata: Ca. vel temperamento. Mar.*

I. *أب Fut. I, i. q. سَبَع*, Probrosus verbis traduxit, aut inculpavit. Conviciatus fuit. *cca. p. vel c. علي. Mu. Ca. quasi idem videtur cum أبس. Mar. II. Idem. Ca. Sed*

I. *أب*, Potu & ingurgitatione lactis (*camelini Mar.*) intumuit & inebriatus fuit. *Gi. ex Abu Amro; qui tradit solum camelinum lac illa inebriandi pollere virtute. Convenit utcunque cum Ebr. אבס, quod saginare & implere notat.*

أب i. q. شَيْط, cum quo etiam jungi solet, Agilis, alacer. *Gi. quasi* *أب* fervens, aut pro *أبص*.

أب Pl. ceu à Sing. أبان, Saturi, satiati, cameli; & ita procumbentes humi. *Ca.*

أب Nomen proprium loci. *Ca.*

أب, Nomen à Conjugatione VIII. derivatum,

vatum, Vter qui impletur lacte atque intumescit. *Ca. Respondet Chald.* *אבדן*.

أَبَدٌ i. q. *أَبَدٌ*, Æternitas, seculum. *Ca.*

أَبْدَانٌ Vox artificialis ; prima earum octo, quibus literæ Alphabeti Arabici ordine Ebræo comprehenduntur.

أَبَّخَ pro *وَبَّخَ*, Reprehendit, corripuit: objurgavit. *cca. Ca.*

أَبَدَ Fut I. Constitit, substitit. *Mu. Gi.* Perennavit. quasi contrarium *τῷ* Ebr. *אבד* peritit. Item (Fut. etiam O) i. q. *توحش*, Ferum seu potius à contrectatione vel consuetudine alienum evasit animal. Pavidum indomitumve fugit, aufugit. *Gi. Ca.* Contrarium veluti significationi precedenti, & conveniens utcunque cum significatione Radicis Ebræa.

أَبِدٌ Iratus, ira percitus, & quasi efferatus fuit. Societatem, consuetudinem fugit. *Gi.* Item Obscure & intricate (minus familiari & consueto more) loquutus fuit. *Ca. Za.*

أَبَدٌ Ævum, sempiternitas. *Gi.* Tempus fine caret: *ut* *إنل* quod caret principio. *Hinc*

أَبِدٌ, vel aliud simile post se nomen habens in regimine, sive Singulare, sive Plurale, *eis* *أيونا* *تأين* *أيونا*, In seculum seculorum. *Item*

أَبَدٌ pro *أَبَدٌ*, Sempiternus, æternus *Ca.* Denique Proles unius anni, foetus anniculus. *Ca.*

II. *أَبَدٌ* Perennem fecit: æternitate donavit. *Gi.* Fugacẽ, pavidum reddidit. terruit, à consuetudine & societate alienavit. *Mar.*

أَبَدٌ Fœcunda, prolifera *serva* vel *asina*. *Ca.* à perennitate.

أَبَدٌ *Serva* vel *asina* Fugax seu immansuetata. *Ca.* *Asina* sylvestris, quæ in deserto vivit. *Mu.* *Asina*. & Pullus *asinae*. *Ancilla*. & Ex ancilla natus. *Mar.*

أَوَابِدٌ Plur. à Sing. sequente *أَبْدَةٌ*, Fugacia animalia. *Feræ.* *Hinc* *أوابد الطيور* (oppositum *قواطع* *تأين*) Solivagæ aves, & nesciæ cicurari; aut doceri, ut dimissa ad locum redeant. *Vnde* proverbium *أوابد النعم* *فقيدوها بالشكر* Beneficia sunt fugacia, at ligate ea gratiarū actione. *Suna.* *Dicitur quoque* *أوابد الكلام* i. e. *غرايبة*,

Peregrinæ & inusitatæ locutiones. *Za.* & *أوابد الأشعار* i. e. *الشوارن*, Carmina seu rhythmici celebres. *Gi.* velut per ora hominum passim vagantes: vel incomparabiles, qui præstantiâ pares non habent. *Za.* quasi ab aliorum societate alieni: vel mirabiles & inusitati.

أَبَادٌ Pl. ab *أَبْدٌ*, Secula, tempora æterna. *Gi.*

أَبِيدٌ Aet. *أَبْدٌ*, Subsistentia. Perennatio.

Gi. Item Plur. à Sing. *أَبَدٌ*, Secula. *Gi.*

أَبِيدٌ Perennis, æviternus. *Gi.*

أَبْدٌ *الأَبْدَانٌ* Seculum seculorum. *Gi.*

أَبْدٌ *الأَبْدَانٌ* Nomen plantę. *Ca.* fortè *Αείων* Sempervivum.

أَبْدَةٌ Fœcunda. prolifera *camela*. *Ca.*

أَبْدَةٌ Hispaniæ Baticæ seu Andalusicæ oppidum. *Ca.*

أَبْدَةٌ Animal fugax, seu pavidum, immansuetum indomitumve. *Fera.* A prima radicis significatione ita dictum vult *Camus*, quod ob longævitatẽ vulgo perennes creduntur *fera*, & per se minus mortales. *Item* Infortunium, & malum ingens, utpote in secula memorandum. *Gi.* Immo *Res* peregrina & inusitata quævis. *Za.* quin *Historia*, fabula. *Parabola.* *Merc. Mar.* fortè à *Persico* *أبد* *Miranda* res, & historia.

أَبْدِيٌّ Ad æternitatem spectans. Æternus.

أَبْدَاتٌ Plur. Fœcunda seu prolifera quæ possidentur bona: ut sunt *servæ*, *asina*, *equa*: quippe quæ pariunt quotannis. *Mu.*

أَبْدَانٌ *Serva* & *equa*. *Ca.*

أَبْدَانٌ } *أَبْدٌ* *أيونا* *أيونا*, Seculum seculorum. *Gi. Ca.*

أَبْدَانٌ }

أَبْدٌ i. q. *أَبْدٌ*. Itemque hujus Comparativus & Superlativus. *Za.*

V. *أَبْدٌ* Efferatus fuit: pavidus indomitusve fugit. A consuetudine & societate alienus evasit. *Gi. Mar.* De loco & mansionẽ usurpatum valet idem quod *أفقر*, *Vacua* incolis & deserta fuit, ac frequentata à feris. *Gi.* Item i. q. *كف*, *Lentigine* vel *maculis* ex ardore *Solis* affectus fuit & laboravit.

boravit. *Ca.* ut quod iis, qui prater consuetudinem desertis in locis versantur & per ea fugiunt, praesertim sub fervidiore caelo, facile contingit.

نومين لوجي. *Ca.* Immo Locus quivis & mansio, ubi quis subsistit. *Iac.*

فوت. I. Pupugit cauda scorpio. *cca. Gi.* Et

Metaphoricè confodit dieteris, maledictis. Et

i. q. اغتاب Absentem diffamavit. *Gi. Ca.*

Item Acum in esca dedit. *cca. Gi.* Et quia

ita animal necatur, Perdidit, exitio dedit.

Item (fut. etiam O.) *i. q.* قلع Palmam fœ-

cundavit maris insertione. *cca. Gi. Mar.*

quod pungendo fit; vel Metaph. à punctorio

animalium congressu, vel quod eodem tempore

spinæ & aculei lateribus ramorum adnascen-

tes refecari solent: nisi quis malit esse pro Pihel

i. e. Fœtam reddidit. Inferuit furculum.

Palmæ autem maris flores, qui per se infructi-

feri pro semine in se continent pulveris fa-

rinacei copiam, in fœmine satham indi solent.

Ita enim hæc prestantiores fert & uberiores

fructus: qui alias rari, tenues, minus sapidi,

& fere exosses nascuntur. Quin sola juvat pul-

veris aspersio: uti & Theoph. docet de causis

plant. lib. 3. cap. 23. Generalius exponit Ca-

mus per اصح Emendavit vel aptavit ad

latiorem proventum, sive palmam immisso

maris pulvere, sive sata stercorando, aliove

modo. de aliis dictum, quam de palmis & satis,

nusquam inveni. Hinc esse videtur ابر *i. q.*

صح Bene habuit, probe dispositus, & ido-

neus fuit. *Ca.* quæ quidem curandi, aptandi

significatio etiam prior haberi potest; fœcun-

dandi autem posterior: quasi ابر usurpetur

pro ابري vel ابري.

ابر Act. Punctio. Datio acus in esca. Ap-

plicatio maris palmæ ad fœmellam. *Gi.*

ابر Pl. à sequente Sing. ابرة Acus. Aculei.

Prominentiores & acuminatæ rerum ex-

tremitates. *Gi.*

II. ابر *i. q.* Conj. I. Modo supra exposito

curavit palmam vel sata, latioris proven-

tus ergo. *Gi.*

ابر Nomen pagi. *Cam.*

الابر Tractus territorii Washi. *Cam.*

ابر Nomen loci inter Achfar &

Feid. *Ca.* qui mediâ ferè viâ inter Cufam

& Meccam. *Ia.* Sed forte ad ابر referendum,

quasi putei Arabum.

ابر Idem. Et *i. q.* لقاح Semen palmæ

(nempe flores palmæ maris) quod inditur

aut aspergitur palmæ fœminæ ad fœcun-

ditatem. *Gi.*

ابر Pl. à Sing. ابرة. Item Chald. ܐܒܪܐ Plumbum: & multis Medicorum Plumbū u-

stum. *Zei.* quod hoc apud eos potioris est usus. At

Ibn Sina quidem, cum per رصاص اسود ex-

ponit lib. 2. plumbum simpliciter intelligit,

opponitque رصاص ابيض Plumbo al-

bo, quod est stannum: namque رصاص saepe

usurpatur ut commune nomen utriusque.

ابر Coll. Pulices. *Cam.* à pungendo. Item

(& quidem rectius) sine Tesdid; & juxta quos-

dam cum Medda.

ابر & nonnullis (at minus bene) ابر.

Acuarius, qui conficit aut vendit acus. *Ca.*

ابر Dimin. à sequente ابرة. Item Nomen

aquæ. Et Nomen viri. *Ca.*

ابر Acus. Mucro. Aculeus, ut scorpionis,

apis. Prominentior & velut mucronata

rei extremitas: ut cubiti, suffraginis, cornu.

Gi. Cam. Za. ابرة الراعي Acus pastoris,

i. e. Geranium. Ibn Beit. ob acuminatum se-

men, rostro gravis simile.

ابر P_oφιδος, aciformis. Aculeatus. Mu-

cronatus. Et Qui vendit acus. *Cam.*

ابر Act. Curatio seu fœcundatio palmæ

fœminæ; quæ fit insertione seu aspersione ma-

ris. *Gi. Ca.* اشياف الابارة Medicamentum

ophthalmicum. *Ca.* ut quo emendatur visus.

